

# ZVRICHGOVV, ET BASILIENSIS PROVINCIA.

Abbatia Imperij in hac tabula, quae neque in Sueuico circulo, neque in Germaniae vniuersali monstrata sunt

Reichenovv.  
Schaffhusen.  
Kreuzlingen.  
Pfeffers, Pfefficon opinor.

Tigurinus pagus habet extra urbem

- Maiores Praefecturae nouem, quae sunt:
  - Kyburg Comitatus 30 42:47 3.
  - Groningensis Praefectura 30 35: 46 48.
  - Andelfingen 30 27:47 18.
  - Grifensee 30 3: 46 36.
  - Eglisovv 30 18: 47 14.
  - Libera Provincia.
  - Regensperg 30 15:47 10.
  - Vadisvillana, Vvadischnvyl 30 23: 46 46.
  - Lauffa ad catarractas Rhem, Louffen 30 26:47 23.

Minores 22.  
Vitodurum, Vvintertbur 30 38:47 8. & Steina 30 40: 47 25. Oppida Tigurinis parent, proprios tamen Magistratus habent, sed Tigurinorum edictis tenentur, & in bello illis militant, proprijs tamen signis videntes.

Tugium pagus duas habet partes, & in illis conuentus 4. ex quolibet autem conuentu, 9. eliguntur Senatores, qui regioni consulant.

Oppidum ipsum duorum conuentuum loco censentur.  
Ager vicinus tres conuentus habet.

- Montanum.
- Vallem Egeriam siue Aquas regias 30 20: 46 40.
- Baram parochiam 30 10: 46 48.

Imperant Tugini oppidani per Praefectos in vrbe commorantes his locis. Cham oppido 30 5:46 46. S. Andreae vico, Hunelbergo, Vvachevile, Steinbuse pago, 30 6:46 49. S. Vvolfango.

Basilica habet Praefecturas, quae sunt:

- Farnsperg arx 29 34:47 22.
- Rinsfeld in edito monte sita 29 28:47 27.
- Vvallenburg opp. 29 23:47 14.
- Homburgum 29 27:47 13.
- Munchenstein 29 6:47 28.
- Ramslein 29 15:47 15.

Toggius Comitatus vbi Togrvyl opinor est 30 28:46 32. Subest Abbati S. Galli, cum Toggiani ciues sint Suitiorum & Glaronensium.  
Rappersvvl Com. 30 34:46 45.  
Straesberg Comitatus opinor est 30 16:47 14. vbi Straesbeeg corrupte scriptum existimo.  
Kilchberg Baronatus 30 17:46 55.


Reliqua Tugini pagi, & Tigurini habes in tabula Argovv.

Ex Iofia Simlero.

Meridiani distant pro ratione 47.10. Paralleli ad circulum maxintum.







Ber

Ha

Fr